



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 5. Politia Antiquæ Italiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

§. 5. Politia antique Italæ.

ITALICORVM populorum alij fuere *autoχτονες*, & indigenæ; alij exteri, qui bonitate terræ illecti in Italiam irrupere. Vmbri antiquissimi dicebantur Italix populi, sic Florus lib. i. cap. 13. sic Plinius lib. 3. cap. 14. vbi & notat quasi Ombricos dictos esse secundum quorundam opinionem, quod *inundatione terrarum ex imbris superfuerint*. Indigenæ quoque fuerunt *Siculi*, quos Oenotrij qui se dixerunt Aborigines, expulerunt ex agris Sabino, & Latino, & iterum ex inferiori Italæ parte Ausones, seu Sabini, tuncque in Siciliam immigrarunt quam de suo dixerunt nomine. *Euganei* quoque verè Itali fuerunt, sed eorum agri pars occupata est à Venetis, alia à Carnis. Reliqui dicti sunt *Opici*, *Osci*, *Ausones*, & *Sabini* qui se præ ceteris Italæ *autoχτονes*, dixerunt, ut ait Strabo libro 5. & eorum proles fuere populi qui partem Meridionalem Italæ penè totam obtinuerunt.

Exteri autem, vel Asiatici fuere, vel Arcades, vel Celtæ. ex Asiam profecti sunt *Etrusci* nempe ex Lydiâ, vt aiunt omnes antiqui, uno reclamante Dionysio Halicar. ut postea dicemus. Ex Troade, & Paphlagoniâ *Veneti* Duce Antenore, ex Græciâ, seu Arcadiâ *Pelasgi*, *Oenotry*, *Iapyges*, seu *Peucetij*, aut *Apuli*. Rheeti pars Etruscorum fuere, qui expulsi ex agris suis ad Alpes profecti sunt. *Oenotry* qui se postea *Aborigines* dixerunt genuere *Latinos*, & eorum pars *Rutuli*; *Volsi* quoque forte Oenotriorum proles fuerunt, aut verius eorum origo nescitur, sed hæc fusiū postea, in singulis illis populis, quorum tibi obiicimus sequens stemma, quod tibi non inutile videbitur ad intelligendos veteres historicos.

STEMMATA POPVLORVM
ITALICORVM.

EXTERI POPVLI ITALICI

ASIA-	Ex Troade & Paphlagoniâ		Veneti Duce Antenore.			
TIC. I.	EX LY- DIA		Etrusci propriè dicti inter Tiberim & Arnum.			
	ETRVS- C I		Rhæti versùs Alpes.			
GRÆ- C I	OENOTRII, qui LATINI, quorum pars Rutuli, postea se dixerunt VOLSCI forte; nam eorum ge- ABORIGINES nus ignoratur.					
ARCA- DES	seu PEUCETII, Græcis Iapyges Latinis APVLI		Daunij. Peucetij. Messapij.			
PELASGI qui se Oenotriis & Sabinis iuxtere.						
CEL- TÆ,	LIGVRES gens Celtica usque ad Rhodanum fusa.					
	CARNTI gens quoque Celtica, Euganorum do- mitrix.					
generis CEL- TICI	seu GAL- LI	TRANSPA- DANI	Libici. Insubres.			
	seu		Læui. Orobij. Cænomani.			
IN- DI-	GALA- TÆ.	CISPAN- DANI	Amanes. Boij.			
			Lingones. Senones.			
VMBRI antiquissimi Italæ populi.						
SICVLRI ciecti in Siciliam ab Ausonibus.						
EVGANEI præda Venetorum, & Carnorum.						

GE-	OPICI	S A-	Picentes quorum pars Picentini, à supero mari ad inferum tradu- cti.
NÆ	seu	BINI	Frentani.
POPV-			Marrucini.
LI	OSCI,		Peligni.
ITA-	dicti	qui se	Vestini.
LICI	&	<i>αιτό-</i> <i>χθονες</i> dicunt:	Marsi. Æqui, seu Æquicolæ. Hernici.
	seu	AVSO-	SAM-
		NES	N I -
<i>αιτό-</i> <i>χθονες</i>	corum	PRO-	T E S
		LES	<i>LUCANI</i>
	pars		vnde nati { Brutij. Campani.

§. 6. *De Apennino monte uniuersam Italiam decurrente.*

NOMEN Apennini, cur sit huic monti inditum nemo sapienter dicere potest. Nam dubio procul nugantur Seruius, Isidorus, & Paulus Diaconus qui eum à Poenis dictum volunt. Totam Italiam percurrit, sc̄tūsque in duo cornua, altero Siculum, altero Ionum spectat; procurrens autem ad Iapygium Promontorium *Vultur* appellatur ab indigenis, ut vult Strabo.

ALTITUDO Apennini par Alpinæ dicitur apud Silium Italicum lib. 2.

Alpibus equatum tollens caput Apenninus.
Sed Lucanus hyperbolicas eum etiam supra *Alpes* euchere vide-
tur lib. 2. Pharsalidos.

—quā collibus Apenninus
Erigit Italiam, nullo quā vertice tellus
Alius intumuit, propiusque accepit Olympo.

LONGITUDO eius pendet ex principio & fine: de fine nulla difficultas, certum est enim in Leucopetram, seu Brutum Promontorium desinere vulgo *punta delle Saetta*: de INITIO reperio quinque discrepantes sententias.

Prima